Lib. IX. p. 571. e. Ὄταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἵη τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἔαντον καὶ ἐσπάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὐτῇ ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῆ, ὅπως ἀν κοιμηθῆ καὶ μὴ παρέχῃ θόρυβον τῷ βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμενον, ἀλλ᾽ ἐᾶ αὐτὸς καθαρὸν σκοπεῖν καὶ δρέγεσθαι τοῦ αἰσθάνεσθαι ὁ μὴ οἰδεν, ἢ τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ καὶ μελλόντων, ὡς αὐτῶς δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΐνας καὶ μή τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ᾽ ἡσυχάσας μὲν τῷ δύο εἰδῇ, τῷ τρίτον δὲ κινήσας ἐν φρονεῖν ἐγγίγνεται, οὕτως ἀναπάντηται, οἵσθ' οὐ τῆς τ' ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἀπειτεῖται καὶ ἡμίσια παράγομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων. Schema hoc est: 1, 2, a, b, c, α, d, ε, β, ε, I, 3, 4.

Pertinet hue locus e lib. VI. p. 493. a. b. c, in quo item unum tantum enuntiatum primarium inest. Legitur is lib. VI. p. 493. a. b. c. [Ἐπι τοίνυν σοι, ἦν δὲ ἐγώ, πρὸς τούτοις καὶ τόδε δοξάτω. Τὸ ποῖον;] Ἔκαστος τῶν μισθαρούντων ἰδιωτῶν, οὓς δὴ οὗτοι σοφιστὰς καλοῦσι καὶ ἀντιτέχοντος ἡγοῦνται, μὴ ἄλλα παιδεύειν ἢ ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, ἀ δοξάζοντιν ὅταν ἀθροισθῶσι, καὶ σοφίαν ταύτην καλεῖν, οἶόν περ ἀν εἰς θρέμματος μεγάλον καὶ ἴσχυρον τρεφομένον τὰς ὀργὰς τις καὶ ἐπιθυμίας κατεμάνθανεν, ὅπῃ τε προσελθεῖν χρὴ καὶ ὅπῃ ἀψασθαι αὐτοῦ, καὶ δοπότε χαλεπώτατον ἢ πραότατον καὶ ἐκ τίνων γίγνεται. καὶ φωνὰς δὴ ἐφ' οἷς ἐκαστος (fort. c. cod. 9 Bekk. leg. φωνὰς δὴ ἂς ἐφ' ἐκάστοις) εἴωθε φθέγγεσθαι, καὶ οἵας αὖ ἄλλον φθεγγομένου ἡμεροῦται τε καὶ ἀγριαίνει, καταμαθών δὲ ταῦτα πάντα ξυνονοίᾳ τε καὶ χρόνον τριβῇ σοφίαν τε καλέσεις καὶ ὡς τέχνην συστησάμενος ἐπὶ διδασκαλίαν τρέποιτο, μηδὲν εἰδὼς τῇ ἀληθείᾳ τούτων τῶν δογμάτων τε καὶ ἐπιθυμιῶν, ὃ τι καλὸν ἢ αἰσχρὸν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, δυομάζον δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ ταῖς τοῦ μεγάλου ζώου δόξαις, οἷς μὲν χαίροι ἐκεῖνο ἀγαθὰ καλῶν, οἷς δὲ ἄχθοιτο κακά, ἄλλον δὲ μηδένα ἔχοι λόγον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ τάναγκατα δίκαια καλοῖς καὶ καλά, τὴν δὲ τοῦ ἀναγκαίου καὶ ἀγαθοῦ φύσιν, ὅσον διαφέρει τῷ ὄντι, μήτε ἐωρακώς εἴη μήτε ἄλλως δυνατός δεῖξαι. [τοιοῦτος δὴ ὧν πρὸς Λιὸς οὐκ ἀτοπος ἀν σοι δοκεῖ εἴναι παιδευτής; Ἐμοιγ', ἔφη.] Schema hoc: I, 1, 2, I, 3, a, I, 3, b, α, β, γ, δ, ε, 4, 5, c, 6, d, 6, e, 6, 7, 8, 9, f, 9. Verbum finitum enuntiati primarii ex iis quae antecedunt repetendum: δοξάτω.

Addantur nonnulla exempla periodorum eiusdem generis, in quibus plura enuntiata primaria insunt. Lib. VII. init: Μετὰ ταῦτα δὴ, [εἰπον,] ἀπείκασον τοιούτῳ πάθει τῇ ἡμετέραν φύσιν παιδείας τε πέρι καὶ ἀπαιδεύσιας· ἵδε γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει,

ἀναπεπταμένην πρὸς τὸ φῶς τὴν εἰςοδὸν ἔχούσῃ μακρὰν παρ' ἄπαν τὸ σπήλαιον, ἐν ταύτῃ ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς καὶ τὰ σκέλη καὶ τὸν αὐχένας, ὡς τε μένειν τε αὐτοὺς (αὐτοῦ c. Cobet) εἴς τε τὸ πρόσθεν μόνον ὁρᾶν, κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἀδυνάτους περιάγειν, φῶς δὲ αὐτοῖς πνοὸς ἄνωθεν καὶ πόδησθεν καόμενον (καομένον c. Cobet) ὅπισθεν αὐτῶν, μεταξὺ δὲ τοῦ πνοὸς καὶ τῶν δεσμωτῶν ἐπάνω ὁδόν, παρ' ἧν ἵδε τειχίον παρωκοδομημένον, ὡς περ τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται τὰ παραφράγματα ὑπὲρ ὡν τὰ θαύματα δεικνύασιν. Schema hoc: I, II, 1, 2, II, 3, a, α,

Conferatur porro III. p. 395. c. Εἰ ἄρα τὸν πρῶτον λόγον διασώσομεν — — ἀπολαύσωσιν. Schema hoc: 1, a, b, α, I, 2, II, III, 3. cf. III. 398. a. Ἀνδρα δή — — παιδεύειν: 1, 1, I, II, 2, 3, III, IV, 4, 5, a, α.

E decimo quoque libro videamus locum p. 606. a: Εἰ ἐνθυμοῖο ὅτι τὸ βίᾳ κατεχόμενον τότε ἐν ταῖς οἰκείαις ἔνυμφοραῖς καὶ πεπεινηκὸς τοῦ δακρῦσαι τε καὶ ἀποδύρασθαι ἵπανθος καὶ ἀποπλησθῆναι, φύσει ὃν τοιοῦτον οἶν τούτων ἐπιθυμεῖν, τότε ἐστὶ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πιμπλάμενον καὶ καῖρον· τὸ δὲ φύσει βέλτιστον ἥμιν, ἀτε οὐχ ἵπανθος πεπαιδευμένον λόγῳ οὐδὲ ἔθει, ἀνίστη τὴν φυλακὴν τοῦ Θρηνώδον τούτον ἀτε ἀλλοίᾳ πάθῃ Θεωροῦν καὶ ἔαντῷ οὐδὲν αἰσχρὸν ὃν, εἰ ἄλλος ἀνὴρ ἀγαθὸς φάσκων εἶναι ἀκαίρως πενθεῖ, τοῦτον ἐπαινεῖν καὶ ἔκεεν· ἀλλ' ἐκεῖνο κερδαίνειν ἥγεῖται, τὴν ἡδονήν, καὶ οὐκ ἄν δέξαιτο αὐτῆς στερηθῆναι καταφρονήσας ὅλον τοῦ ποιήματος. Schema hoc: 1, a, b, α, b, c, d. Enuntiatum primarium intelligitur ex superioribus: οὐκ εὐλόγῳ ζουέναι σοι δόξει τὰ τοιαῦτα ποιήματα ἐπαινεῖν. Praeterea annotaverim, in ultimo enuntiato, subjectum quod vocant mutari: καταφρονήσας non amplius ad τὸ βέλτιστον referri potest, sed eius loco ὁ ἀνὴρ intelligitur.

Sed huius quoque generis periodorum satis esto, cum quas attuli, structuram satis declarent, omninoque non ita multae, ut ad Phaedonem jam dixi, reperiantur. Jam igitur unum exemplum eius generis afferam, in quo quarti quoque ordinis enuntiatum secundarium reperitur. Rarae sunt eiusmodi periodi; ut in Phaedone duo tantum exempla inveni, sic in libris de republica unum lib. VIII. 568. e. 569. b: [Πῶς δὲ λέγεις; εἶπον.] ἐάν τε ἀγανακτῇ τε καὶ λέγῃ ὁ δῆμος ὅτι οὕτε δίκαιον τρέφεσθαι ὑπὸ πατρὸς νιὸν ἥβδοντα, ἀλλὰ τούτων τοῦτον ὑπὸ νέος πατέρα, οὕτε τούτον ἔνεκα ἐγένησέ τε καὶ κατέστησεν, ἵνα ἐπειδὴ μέγας γένοιτο, τότε αὐτὸς δονλεύων τοῖς αὐτοῦ δούλοις τρέφοι ἐκεῖνόν τε καὶ τὸν δούλον μετὰ ἔνγκλυδων ἀλλων, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ τῶν πλουσίων τε καὶ καλῶν καγαθῶν λεγομένων ἐν τῇ πόλει ἐλευθερωθείη ἐκείνον προστάντος· καὶ νῦν κελεύει ἀπιέναι ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ τὸν ἑταίρον, ὡς περ πατὴρ νιὸν ἐξ οἰκίας μετὰ δχληρῶν ἔνυμποτῶν ἐξελαίνων. [Γνώσεται — — τότε ἥδη ὁ δῆμος κ. τ. λ.] Schema hoc est: 1, 2, a, b, c, α, α, α, β, d. Enuntiatum primarium ex responsione intelligendum est: γνώσεται κ. τ. λ.

Ad finem formarum, quas apud Platonem periodi habere solent, pervenisse putandi sumus; periodum enim, in qua quinti quoque et sexti ordinis enuntiata secundaria insunt, postquam primae paginae typis jam expressae sunt, repetita lectione lib. X. unam inveni p. 618. b, c, d, e: quam statim afferam. Longiores quoque, quam quas attuli longissimas, vix reperientur.

Postremo, si quis imaginem orationis obliquae qua Plato saepissime utitur, plenissimam sibi ante oculos ponere velit, evolvat finem libri decimi inde a pag. 614. c. usque ad finem fere totius operis p. 621. b. ubi inde a verbis: ἔφη δέ, ἐπειδὴ οὖν ἐνβῆναι τὴν ψυχὴν, πορεύεσθαι μετὰ πολλῶν καὶ ἀφικνεῖσθαι εἰς τόπον τυνά δαιμόνιον — usque ad verba: ἐξαίγυνης ἀναβλέψαντα ἰδεῖν ἔωθεν αὐτὸν ἥδη κείμενον ἐπὶ τῇ πνοᾷ. Interdum oratio obliqua oratione recta interrupta est.

In hac oratione obliqua legimus p. 618. b. c. d. e. periodum modo commemoratam, in qua enuntiata secundaria unum quinti, duo sexti ordinis reperiuntur, quorum illud litteris germanicis majusculis haec latinis majusculis significavi: ἐνθα δή, ὡς εοικεν, ὡς φίλε Γλαύκων, δ πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ, καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα ἐπιμελητέον ὅπως ἔκαστος ἡμῶν τῶν ἄλλων μαθημάτων ἀμελήσας τούτον τοῦ μαθήματος καὶ ζητητῆς καὶ μαθητῆς ἔσται, έάν ποθεν οἴστε' ἡ μαθεῖν καὶ ἔξενρεν τίς αὐτὸν ποιήσει δυνατὸν καὶ ἐπιστήμονα, βίον καὶ χρησιὸν καὶ πονηρὸν διαγιγνώσκοντα, τὸν βελτίω ἐκ τῶν δυνατῶν ἀεὶ πανταχοῦ αἰρεῖσθαι, ἀναλογιζόμενον πάντα τὰ νῦν δὴ ὅηθέντα καὶ ξυντιθέμενα ἀλλήλοις καὶ διαιρούμενα πρὸς ἀρετὴν βίον πᾶς ἔχει· καὶ εἰδέναι τί κάλλος πενίᾳ ἡ πλούτῳ κρατὲν καὶ μετὰ ποίας τινὸς ψυχῆς ἔξεως κακὸν ἡ ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ τί εὐγένειαι καὶ δυσγένειαι καὶ ἴδωτεῖαι καὶ ἀρχαὶ καὶ ἴσχυες καὶ ἀσθένειαι καὶ εὐμαθίαι καὶ δυσμαθίαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν φύσει περὶ ψυχὴν ὄντων καὶ τῶν ἐπικτήτων τί ξυγκεραννύμενα πρὸς ἄλληλα ἐργάζεται, ὡστε ἐξ ἀπάντων αὐτῶν δυνατὸν εἶναι συλλογισάμενον αἰρεῖσθαι, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀποβλέποντα, τὸν τε χείρων καὶ τὸν ἀμείνων βίον, χείρων μὲν καλοῦντα ὃς αὐτὴν ἐκεῖσε ἔχει εἰς τὸ ἀδικωτέρων γίγνεσθαι, ἀμείνων δὲ ὃς τις τὸ δικαιοτέρων, τὰ δὲ ἄλλα πάντα χαίρειν ἔχειν ἐωράκαμεν γάρ ὅτι ζωντί τε καὶ τελευτήσαντι αὕτη κρατίστη αἰρεσίς. Schema huius periodi, quae ad hypotacticam formam proprius accedit, hoc est: I, 1, II, 2, a, α, β, β, c, Κ, A, Α, B, Β, II, 3. Huius periodi similem. nullam repperi.

Quum jam periodorum Platonicarum varia genera, quae in libris de republica reperiuntur, simplicioribus tantum omissis, forma ac specie descripta, proposuerim, ad artem et structuram, qua a Phaedonianis multae earum differunt animum paulisper advertamus. Non autem hoc loco ea mihi repetenda sunt, quae in dissert. I. de discriminē simpliciorum una breviorumque, et constrictarum longiorumque periodorum, de epexegesi, de appositione et participiis, de comparationibus similitudinibusque, de parenthesis crebro usu quaeque sunt eius generis alia exposui. Nam ea omnia, ubi ratio fert, et in Politia et in Phaedone et in plerisque omnibus Platonis dialogis reperiuntur, Platonisque ea libris omnibus communia sunt, non librorum de republica propria. Ut vero, primo Politiae libro excepto qui et forma orationis et disserendi ratione prioribus dialogis similior est, reliquis in libris maximam partem, ut recte adnotavit Schleiermacherus, ratio prorsus mutata est, sic orationem quoque mutatam reperimus. Non iam interrogantem, quasi ipse nesciat Socratem videmus, sed ut qui invenerit et sciat, continua plerumque oratione et dura quadam sermonis brevitate sententias suas exponentem ut interpositis, tantummodo illis ἦν δ' ἔγω et ἦ δ' ὃς similibusque fingi dialogum moneamur, verum dialogum non inveniamus. Inde sequitur, ut periodorum quoque ars et structura a veri dialogi periodis diversa sit. Aliam enim necesse est orationis esse formam, ubi revera interrogatur ac revera respondetur, ubi notiones quaeruntur et arte dialectica inveniuntur, aliam ubi ex concessis cognitisque sententiae explicantur. Ut igitur concisum illud et brevibus sententiis comprehensum genus periodorum, quod veri dialogi proprium est, rarius in libris de republica reperimus, sic etiam alterum illud historiae more fusum atque tractum et cum lenitate quadam profluens, cuius item ex Phaedone exempla attuli, vel in longissimis librorum de republica periodis rarissime occurrit, sed firme quasi gradu oratio procedit, non lento ac remisso sermonis filo dicitur. Rem attente legentibus satis perspicuam paucis exemplis illustrasse sufficiet. Ac primum illud periodorum omnium exemplum ex VIII. libro p. 547. e. petitum (vide supra pag. 4,) longa periodus erat uno constans enuntiatio primario. Firme gradu progrediens oratio omnia ut nota atque concessa nullaque demonstratione neque explanatione

egentia, simplicissimis particulis δέ et καὶ complexa, participiis infinitivisque praepositis uno verbo finito ξει totam periodum concludit. Huius periodi similem in toto Phaedone haud scio an nullam invenias; ego certe etsi omnes olim mihi notavi, nullam invenio. Comparationis causa igitur longissimam ex illis videamus: pag. 65. a. hanc legimus: Ἄρ' οὖν πρῶτον μὲν ἐν τοῖς τοιούτοις δῆλος ἔστιν ὁ φιλόσοφος ἀπολύτων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας διαιφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. I. Verbis non est opus ad demonstrandum discrimen huius superiorisque periodi, quae, ut aiunt, toto coelo distant. Reliquarum, quae quavis pagina reperiuntur, ne mentionem quidem facere operae pretium est; pleraque periodi vocari nequeunt, sunt singula enuntiata primaria, periodi non sunt.

Statim igitur ad eas periodos si transimus, quae pluribus enuntiatis primariis constant, eandem fere plerumque structurae diversitatem reperiemus, etsi formulae utrarumque eadem erunt. Revolvamus pagellas, et denuo consideremus locum ex VIII. libro p. 550. a. supra (p. 5.) exscriptum, qui incipit a verbis: τότε δὴ ὁ νέος — — et finitur verbis: καὶ ἐγένετο δὴ ὑψηλόφρων καὶ φιλότιμος ἀνήρ. Tribus tantummodo enuntiatis primariis periodus constat, quorum primum participiorum multitudine quaeque inde pendent totam perlongam periodum explet, omniaque quae ad describendum juvenis de quo ibi quaeritur animi mutationem pertinent breviter ita comprehendit et quasi constringit, ut artem scriptoris profecto admiremur. Opponamus huic periodo earum quas ex Phaedone attulimus unam eamque nec simplicissimam nec brevissimam, unde discrimen cognoscamus: p. 64. c. (dissert. I. p. 5.) haec legimus: Ἄρα μὴ ἄλλο τι ἡ τὴν ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὴν αὐτὸν καθ' ἑαντὸν τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῆσαν αὐτὴν καθ' αὐτὴν εἶναι; Ἄρα μὴ ἄλλο τι ὁ θάνατος ἡ τοῦτο; Utriusque periodi idem est schema I, II, III; at quanta structurae diversitas.

Sed addamus ex eodem Phaedone periodum sex enuntiatis primariis constantem, quam legimus p. 116. d. (diss. I. p. 5.): Καὶ ἄμα πρὸς ἡμᾶς, Ως ἀστεῖος, ἔφη, ὁ ἀνθρώπος· καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον προσήνει καὶ διελέγετο ἐνίστε καὶ ἦν ἀνδρῶν λῆστος, καὶ νῦν ὡς γενναίως με ἀποδακρύει. Accedat haec quoque p. 115. a. (diss. I. p. 5.) ὑμεῖς μὲν οὖν, ἔφη, ὁ Σιμμία τε καὶ Κέβης καὶ οἱ ἄλλοι, εἰςαῦθις ἐν τινι χρόνῳ ἐκαστοι πορεύεσθε· ἐμὲ δὲ νῦν ἥδη καλεῖ, φαίνεται ἀνὴρ τραγικός, η εἴμαρτενη, καὶ σχεδόν τι μοι ὥρα τραπέσθαι πρὸς τὸ λοντρόν· δοκεῖ γὰρ δὴ βέλτιον εἶναι λονσάμενον πιεῖν τὸ φάρμακον καὶ μὴ πράγματα ταῖς γυναιξὶ παρέχειν νεκρὸν λούειν. Schema hoc: I, II, I, III, [IV], III, IV, V. In utraque periodo lenis quaedam suavisque narratio est placideque aliud alii membrum orationis additur. Satis est exemplorum, unde cognoscatur, periodos mere paratacticas, quas in Phaedone reperimus, simplicitate structurae ab iis, quas in libris de republica legimus differre.

Transeamus igitur ad comparationem earum periodorum, in quibus enuntiato primario enuntiatum secundarium adjunctum est: simile hae quoque discrimen produnt. Revolvamus enim locum e libro IX. p. 572. d. (supra p. 6.) allatum qui incipit a verbis: Τίθει τοίνυν καὶ τὰ αὐτά — —, desinque in verba: μέγαν κηρήνα τινα, cuius periodi schema hoc est: I, 1, I. Hic quoque in uno enuntiato primario, quod brevi tantum secundario ὅταν δὲ λεπίσωσι — μὴ ἄλλως τὸν νέον καθέξειν interruptum est, participiorum ope omnia Plato complexus est quae ad declarandam sententiam pertinent, non veritus periodi longitudinem, qua, antequam ad finem pervenias, prope deficit spiritus, cum uno tantum loco ante βοηθοῦντα quiescere vox possit. Repetatur item periodus

paulo quidem brevior et ipsa tamen participiis nominibusque additis satis aucta: lib. VII. p. 525. b. c: *Προσῆκον δὴ τὸ μάθημα — — ἐπ' ἀληθειάν τε καὶ οὐσίαν.* I, 1, I. nec non illa libri VII. p. 532. a. b: (supra 7.) *Ἡ δέ γε, [ἥν δὲ ἔγω] λύσις — — ἐν τῷ σωματοειδεῖ τε καὶ δρατῷ τόπῳ.* I, 1, I. quarum posterior, ut jam supra dixi audacia structurae anacoluthoque memorabilis est. His opponamus periodum e Phaedone p. 116. a. (dissert. I. p. 7.): *περιεμένομεν οὖν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαλεγόμενοι περὶ τῶν εἰδημένων καὶ ἀνασκοποῦντες, τοτὲ δὲ αὖ περὶ τῆς ἔνμφορᾶς διεξιόντες, οἷση ἡμῖν γεγοννῖα εἴη, ἀτεχνῶς ἥγονύμενοι ὡς περ πατρὸς στερηθέντες διάξειν δραπανοὶ τὸν ἔπειτα βίον.* I, 1, I: quam placide simpliciterque hac in periodo oratio fluit ut paene alium scriptorem legere tibi videaris. Propius jam ad eam formam quae in libris de republica frequentatur, oratio alias loci accedit e Phaedone in diss. I. p. 7. allati; pag. 67. c. haec legimus: *Κάθαρσις δὲ εἶναι ἀρα οὐ τοῦτο ἔνμβανει ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται, τὸ χωρίζειν ὅτι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν καὶ ἔθισαι αὐτὴν καθ' αὐτὴν πανταχόθεν ἐν τοῦ σώματος συναγείρεσθαι τε καὶ ἀθροίζεσθαι καὶ οὐκεῖν κατὰ τὸ συγκατόν καὶ ἐν τῷ νῦν παρόντι καὶ ἐν τῷ ἔπειτα μόνην καθ' αὐτήν, ἐκλνομένην ὡςπερ ἐκ δεσμῶν ἀπὸ τοῦ σώματος.* Schema hoc: I, 1, I. Videmus hic Socratem, quemadmodum saepissime in libris de republica fit, omnia complectentem, quae ad describendum animae statum pertineant, quo factum est ut haec periodus, etsi uno enuntiato primario constat, cui brevissimum tantum secundarium ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται interjectum est, tot sit infinitivis participiisque amplificata.

Transeamus ad periodorum exempla, quae uno quidem enuntiato primario, sed pluribus aut interjectis, aut antepositis aut postpositis secundariis constant. Idem fere discriminem periodorum e Phaedone atque e Politia petitarum reprehendemus. Relegamus periodum supra p. 8. exscriptam e libro VIII. p. 557. e: *Tὸ δὲ μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι — — ἐν τῷ παραντίκᾳ.* Schema hoc erat: I, 1, I, 2, I, 3, I, 4, I, 5, I. periodus quinques singulis enuntiatis secundariis interrupta. Quasque ibidem (pag. 8.) exscripti omnes huius formae periodos, VII, 537. d. VII, 540. d. e. VIII, 556. c. eandem fere structurae imaginem omni modo comprehensae et quasi compressae praebent, ut uno enuntiato, secundaria enim non per se stant, tota sententia nitatur. His omnibus opponamus periodum eiusdem formae e Phaedone petitam, pag. 77. d. (diss. I. p. 8.) *εἰ γὰρ ἔστι μὲν ἡ ψυχὴ καὶ πρότερον, ἀνάγκη δὲ αὐτῇ εἰς τὸ ζῆν ιούσῃ τε καὶ γίγνομένη μηδαμόθεν ἄλλοθεν ἡ ἐκ θανάτου καὶ τοῦ τεθνάναι γίγνεσθαι, πῶς οὐκ ἀνάγκη αὐτῇ καὶ ἐπειδὴν ἀποθάνῃ εἶναι, ἐπειδὴ γε δεῖ αὐτῇς αὐτὴν γίγνεσθαι.* Schema hoc: 1, 2, I, 3, I, 4. Forma ac species sane eadem, sed omnia enuntiata et primarium et secundaria simplicissima sunt et quasi nuda, nulli ulla appositione addita; nihil enim eiusmodi simplex sententia requirebat. Ut enim in periodis e Politia allatis sententia ab omni parte describenda structuram sententiae consentaneam, non simplicem, sed undique auctam miraque arte comprehensam et constrictam postulabat, sic in Phaedone quoque ubi res similem orationis structuram poscit, similes periodos reperimus, sed rariores sunt, quia raro sententiae in hunc modum comprehensae proferuntur. Similior v. c. periodis modo e Politia allatis ea est quam in Phaedone legimus p. 90. c. d: *Οὐκοῦν, ὡς Φαιδων, ἔφη, οἰκτρὸν ἀν τοῦτο πάθος, εἰ ὄντος δή τυος ἀληθοῦς καὶ βεβαίον λόγον καὶ δυνατοῦ κατανοῆσαι, ἐπειτα διὰ τὸ παραγίγγεσθαι τοιούτοις τοῖς λόγοις τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν δοκοῦσιν ἀληθέσιν εἶναι, τοτὲ δὲ μή, μὴ ἔαντόν τις αἰτιῶτο μηδὲ τὴν ἔαντοῦ ἀτεχνίαν, ἀλλὰ τελευτῶν διὰ τὸ ἀλγεῖν ἀσμενος ἐπὶ τοὺς λόγονς ἀφ' ἔαντοῦ τὴν αἰτίαν ἀπώσαιτο, καὶ ἥδη τὸν λοιπὸν βίον μισῶν τε καὶ λοιδορῶν τοὺς λόγονς διατελοῦ, τῶν δὲ ὄντων τῆς ἀληθείας τε καὶ ἐπιστήμης στερηθείη.* I, 1, 2, 3, 4; ad structuram loci e lib. VII. p. 540. c. d. supra attuli huius loci structura

proxime accedit. Eiusdemque generis sunt periodi fere omnes, quas in diss. I. p. 27. 28. attuli, ubi de participiorum usu dixi, quae hac de causa periodis e Politia petitis similiores sunt. Ibi quoque Socrates plerumque multa vel omnia complectens eas de quibus agitur res describit.

Secutae sunt supra periodorum exempla, quae et primariis et secundariis enuntiatis constant pluribus. Denuo igitur consideremus locos supra p. 8. 9. tum exscriptos tum indicatos: V, 464. c. 465. c. 473. d. VI, 498. b. VI, 508. e. VII, 517. a. 540. a. b. VIII, 545. b. 561. a. b. IX, 585. extr. IX, 589. d. e. Horum locorum qui est I. VII. 540. a. Platonicae artis illustrem rursus imaginem praebet, qua tot sententias ad rem de qua agitur penitus declarandam pertinentes una optime in se cohaerente periodo complexus est. Opponamus huic reliquisque quas indicavimus periodis nonnullas e Phaedone petitas. Pag. 94. d. (diss. I. p. 19.) haec legimus: *Tι ονν; νν ον πάν τούναντίον ήμην φαίνεται ἐργαζομένη, ἡγεμονεύονσά τε ἐκείνων πάντων ἐξ ὧν φήσει τις αὐτὴν εἶναι, καὶ ἐναντιονμένη δλίγον πάντα διὰ παντὸς τοῦ βίου καὶ δεσπόζονσα πάντας τρόπους, τὰ μὲν χαλεπάτερον κολάζονσα καὶ μετ' ἀλγηδόνων, τὰ τε κατὰ τὴν γυμναστικὴν καὶ τὴν λατρικὴν, τὰ δὲ πραότερον, καὶ τὰ μὲν ἀπειλοῦσα, τὰ δὲ νονθετοῦσα ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ δργαῖς καὶ φόβοις, ὡς ἄλλη οὖσα ἄλλῳ πράγματι διαλεγομένη.* Schema hoc: I, II, 1, II. Sat longa quidem at simplicissima tamen periodus aucta participiis tantummodo, quae nominativo casu omissa subjecto addita sunt, vix potest ulli periodorum earum quas e libris de Republica attuli comparari.

Simplicior etiam haec est, p. 77. e. (diss. I. p. 10.) *Καὶ δὲ Κέβης ἐπιγελάσας 'Ως δεδιότων, ἔφη, ὡς Σώκρατες, πειρῶ ἀναπείθειν· μᾶλλον δὲ μὴ ὡς ἡμῶν δεδιότων, ἀλλ' ἵστως ἔνι τις καὶ ἐν ήμην παῖς ὃς τις τὰ τοιαῦτα φοβεῖται. τούτον οὖν πειρώμεθα πείθειν μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον ὡς περ τὰ μορμολύκεια.* Schema hoc: I, II, I, II, III, IV, 1, V. cf. ib. 68. e. *Tι δαί, οἱ κόσμοι αὐτῶν — σεσωφρονίσθαι;* cuius hoc est schema: I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, 1, IX.

Malet fortasse aliquis, ut Bekkerus\*) puncto post *χρατούμενοι* posito indicare videtur, duas conjunctas periodos esse dicere, de quibus infra scribetur. Universe autem id notaverim, in longioribus his mere paratacticis periodis non multum discriminis inter eas quae e Phaedone, easque, quae e Politia petitae sunt reperiri, quia utrobique sententiae simpliciter inter se adjunguntur, ut oratio quodam modo similis sit fusae (*λέξει εἰρημένη*).

Jam igitur ad eas periodos considerandas comparandasque transeamus, in quibus etiam secundi ordinis enuntiata secundaria occurunt. Horum si unum vel pauca eaque breviora insunt oratio non multum a superioribus distat. Propterea huius quoque generis longiores tantum vel structura aliquo modo memorabiles exscripsi, quarum ad unam alteramve nunc respiciamus, v. c. VIII. p. 516. c. (supra pg. 11.) *Τιμαὶ δὲ καὶ ἔπαινοι — — ἐκείνως ζῆν.* Ex uno tantum enuntiato primario, uno secundario primi, uno secundi ordinis constat periodus, copia sententiarum, quae rursus participiorum imprimis ope additae sunt tantum a simpliciori forma, quam in plerisque periodis e Phaedone petitis reperimus, recedit ut vix ullam eius similem invenire possis. Consideremus v. c. Phaed. p. 110. e: *τὸ δὲ αἴτιον τούτον εἶναι, ὅτι ἐκεῖνοι οἱ λίθοι καθαροὶ εἰσι καὶ οὐ κατεδησμένοι οὐδὲ διερθαρμένοι, ὡς περ οἱ ἐνθάδε, ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἄλμης, ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεργόντων, ἀ καὶ λίθοις καὶ γῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ζῷοις τε καὶ φυτοῖς αὔσκη τε καὶ νόσους παρέχει.* Schema hoc est: I, 1, a. Utraque periodus tribus tantum enuntiatis eiusdem formae, primario,

\*) Usus sum editione Bekkeriana quia Turicensis, qua in scribenda priore dissertatione utebar, paullulum festinanti mihi nimis incommoda fuisset.

secundario primi, secundario secundi ordinis constat, sed simplicissima huius loci est structura, contra *κατεστραμμένη* structura superioris e Politia exscripti. Et si locos reliquos supra (pag. 19.) exscriptos VIII. p. 565. *Ἄρ' οὖν οὐτω — — λίγῳ ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι* et p. 549. c. *"Οταν πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ — — περὶ τῶν τοιούτων λέγειν* denuo considerare et cum Phaedonianis vel longissimis maximeque connexis comparare quis voluerit, idem fere discrimen reperiet, in Phaedone simplicem et leniter profluentem orationem, in Politia maxime constrictam. cf. Phaed. p. 69. a. *Ω μενάρις Σιμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἡ — — μὴ καθαρός τις ἡ.* Schema hoc est: 1, 2, a, 2, 3, 4, 5, 6, 7. Moneo enuntiatum primarium deesse, et aut imperativum *ὅρα*, e quo omnia illa enuntiata secundaria pendeant intelligendum, aut illo omissio, secundaria *μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἡ* z. i. λ. primariorum loco posita putanda esse.

Eae quoque periodi, quas post has attuli, in quibus plura enuntiata primaria insunt, persaepe ab eiusdem formae periodis, quae in Phaedone reperiuntur, differunt. Relegatur locus in libro V. p. 471. c. (supra pag. 12.) qui incipit a verbis: *Ἄλλα γάρ μοι δοκεῖς, ω Σ. — — οἰδ'* οὐτι ταῦτη πάντη ἄμαχοι ἀν εἰεν: cuius hoc erat schema: I, 1, I, 2, a, b, II, 3. c, 3, d, e, II, 4, 5, f, III, 6. Qui technicis Graecis obsequuntur, tres periodos esse dicent conjunctas, quot in ea insunt enuntiata primaria. Bekkerus cola tantum posuit, non puncta, qua re indicare mihi videtur, pro una periodo se totum locum habere. Recte, opinor; sunt enim loci eiusdem longitudinis, quos nullo modo dissecare possumus, ut ea e Platonis mente, ubi una sententia explanatur, id quod hoc loco fit, tota oratio, quae eam complectitur, pro una periodo habenda esse videatur. Non equidem nego, et in priore quoque dissertatione concessi, interdum apud Platonem quoque conjunctas periodos reperiri, sed tot sunt longae periodi, quae nullo modo dissecari possint, ut doceant, ubi res ipsa i. e. sententia suaderet, longiores ei placuisse. De iis, quae revera conjunctae esse videntur, infra dicetur. Periodi autem e lib. I. 354. b. c. 352. b. c. III. 401. b. c. VII. 515. c. IX. 574. d. e. notatae cuivis rem ita sese habere i. e. singulas, non conjunctas periodos esse probabunt. His periodis vere *κατεστραμμέναις* opponamus nonnullas leniter profluentes e Phaedone, velut pag. 60. d. e: *'Ο οὖν Κέβης ὑπολαβὼν Νὴ τὸν Αἴα, ω Σώμορτες, ἔφη, εἰν' ἐποίησας ἀναμνήσας με. περὶ γάρ τοι τῶν ποιημάτων ὡν πεποίηκας, ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προσοίμιον, καὶ ἄλλοι τινές με ἥδη ἤροντο, ἀτὰρ καὶ Εὐλητὸς πρώτην, ὁ τι ποτε διανοηθείς, ἐπειδὴ δεῦρο ἡλθεις, ἐποίησας αὐτά, πρότερον οὐδὲν πάποτε ποιήσας.* Schema hoc, I, II, I, II, III, 1, III, IV, 2, a, 2. Eiusdem simplicitatis pleraque earum sunt quas in diss. I. p. 16. indicavi, velut 91. b. 62. a. 77. b. 77. c. 89. d. e. 63. a. 57. a. 63. c. d. 92. b. c. 70. c. d. 99. b. c. 76. d. e. 100. c. d. e. 117. e — 118. a. 108. b. c. 102. d. e. 103. e. 109. b. 110. b. c. 110 extr. 111. c — 111. extr. — 112. a. 113. b. c., in quibus omnibus unum tantum enuntiatum secundarium secundi ordinis inest. Reperiuntur autem in Phaedone quoque periodi huius generis, quae periodis e Politia petitis similiores sunt, v. c. pag. 69. e — 70. b. *Εἰπόντος δὴ τοῦ Σ. ταῦτα — — ως ἀληθῆ ἐστὶν ἀ σὺ λέγεις.* vel pag. 85. e — 86. d. *Ταῦτη ἔμοιγε, ἡ — — θανάτῳ πρώτην ἀπόλλυσθαι,* quem posteriorem locum tamen periodis conjunctis constare rectius dixeris. cf. 66. d. e: *τὸ δὲ ἔσχατον πάντων — — ζῶσι δὲ οὐ.*

Quas post has attuli periodos in quibus praeter enuntiata primaria et secundaria primi secundique ordinis, tertii quoque et quarti enuntiatum reperiuntur, raras sane illas, eae omnes cum dicendi genere, quo in libris de republica Platonem usum esse modo ostendimus, ita concinunt, ut vel festinantior lectio quemvis doceat, omnes in eodem genere esse. Velut consideremus periodum lib.

IX. p. 571. e: "Οταν δέ γε ὑγιεινῶς οἱς — — τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων (supra pag. 15), cuius hoc schema est: 1, 2, a, b, c, α, d, e, β, e, I, 3, 4: vel lib. VII. init: *Μετὰ ταῦτα δή — — ὑπὲρ ὅν τὰ θαύματα δεικνύσσουν*, cuius hoc est schema: I, II, 1, 2, II, 3, a, α, (supra p. 15) vel lib. X. p. 606. a. *Εἰ δὲ ἐνθυμοῖο — — καταγρονήσας ὅλον τοῦ ποιῆματος*, (supra pag. 16) cuius hoc est schema: 1, a, b, α, β, c, d. Harum omnium periodorum talis est structura, ut quodam modo dicere possis, in omnibus Platonem uno magno enuntiato totam sententiae descriptionem esse complexum. Multo simplicior est structura periodorum, quas in dissert. I. (p. 20) e Phaedone attuli, v. c. p. 81. c. d: *Ἐμβοιθὲς δέ γε, ὡς φίλε, τοῦτο οἵεσθαι χρὴ εἶναι καὶ βαρὺ καὶ γεῶδες καὶ ὀρατόν*. δὴ καὶ ἔχονσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεται τε καὶ ἐλκεται πάλιν εἰς τὸν ὄρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ Ἀιδον, ὡς περ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους κυλινδονμένη, περὶ ἂ δὴ καὶ ὄφθῃ ἄττα ψυχῶν σκοτοειδῆ φάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι ἀλλὰ τοῦ ὄρατον μετέχονται, δι' ὃ καὶ ὁρῶνται. Schema hoc est: I, 1, 2, a, 2, b, α, a. Similior periodis e Politia supra allatis (v. c. VIII. 568. a — 569. b) ea est quam legimus p. 98 — 99. a: *Καὶ μοι ἔδοξεν — — ἥρτιν' ἀν τάττη*, cuius hoc est schema: I, a, α, a, 1, b, 1, c, β, γ, δ, ε, a, d, e, 2, f, η, g, h, II, 3, II, 4, i. Omnino, ubi Platonis intererat ut sententia, ab omni parte descripta, uno quasi enuntiato ut modo dixi comprehensa, proferretur, et in Phaedone et in aliis dialogis periodi reperiuntur, quae sunt his periodis maxime constrictis, quas in libris de republica tot tantasque reperimus, admodum similes.

Sed quoniam conjunctarum quoque periodorum hic illic mentio facta est, paucis ea de re jam dicendum videtur. Reperiuntur sane loci, in quibus etsi sententia nondum sit absoluta et conclusa, unius periodi tenor tamen non ad finem usque continuatus, sed una vel plures periodi ad explendam sententiam videntur esse adjectae. Atque adeo de breviori oratione interdum ita judicare licet. Velut lib. VIII. p. 547. b. haec legimus: *Στάσεως, [ἥν δὲ ἐγώ,] γενομένης εἰλέτην ἄρα ἐπατέρω τῷ γένη, τὸ μὲν σιδηρὸν καὶ χαλκὸν ἐπὶ χρηματισμὸν καὶ γῆς κτῆσιν καὶ οἰκίας χρονίου τε καὶ ἀργύρου, τὸ δὲ αὖ χρυσὸν τε καὶ ἀργυρὸν, ἀτε οὐ πενομένῳ ἀλλὰ φύσει ὄντε πλουσίω, τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν ἥγειην. βιαζομένων δὲ καὶ ἀντιτεινόντων ἀλλήλοις εἰς μέσον ὠμολόγησαν γῆν μὲν καὶ οἰκίας κατανεμαμένους ιδιώσασθαι, τοὺς δὲ πάντας φυλαττούντους ὑπ' αὐτῶν ὡς ἐλευθέρους, φίλους τε καὶ τροφέας, δονλωσάμενοι τότε περιοίκους τε καὶ οἰκεῖας ἔχοντες, αὐτοὶ πολέμου τε καὶ φυλακῆς αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι: I, II, III, IV.*

Hanc si quis unam periodum esse judicat ut ego judico, quattuor enuntiatis primariis, ut schema indicat, eam constare dicet, qui dividere malit priorem verbo ἥγειην finiri, alteram a verbis βιαζομένων δὲ incipientem ei conjunctam esse dicet; sin accuratius considerabit intelliget opinor, priori periodo sententiam non esse prorsus absolutam. Non enim narrare vult Socrates, (vel potius musae, quas inducit loquentes) quid unum genus civium, quid alterum conetur: *εἰλέτην — — ἥγειην* sed quid ex seditione mali oriatur, qui eius finis sit, indicare, id quod tertio demum fit et quarto enuntiato: *εἰς μέσον ὠμολόγησαν ζ. τ. λ.* Platonis igitur ipsius rationem si sequemur, rectius unam periodum esse dicemus.

In eandem adducemur sententiam, si unam alteramve earum periodorum, quas alii periodos conjunctas esse putant erimus accuratius contemplati. Exemplo rem demonstrare conabor. Libro III. p. 416. d — 417. b. longam hanc orationem legimus: "Ορα δή, εἰπον ἐγώ, εἰ τοιόνδε τινὰ τρόπον δεῖ αὐτοὺς ζῆν τε καὶ οἰκεῖν, εἰ μέλλονται τοιοῦτοι ἔσεσθαι πρῶτον μὲν οὐσίαν κεκιημένον μηδεμίαν μηδένα ιδίαν, ἀν μὴ πᾶσα ἀνάγκη ἔπειτα οἰκησιν καὶ ταμεῖον μηδενὶ εἶναι μηδὲν τοιοῦτον,

εἰς ὃ οὐ πᾶς ὁ βούλόμενος εἰτεισι· τὰ δὲ ἐπιτήδεια, ὅσων δέονται ἀνδρεῖς πολέμου σώφρονές τε καὶ ἀνδρεῖς, ταξιμένοντας παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν δέκεσθαι μισθὸν τῆς φυλακῆς τοσοῦτον, ὅσον μήτε περιεῖναι αὐτοῖς εἰς τὸν ἐνιαυτὸν μήτε ἐνδεῖν φοιτῶντας δὲ ἐς ἔνστια, ὡς περ ἐστρατοπεδεύμένοντος, κοινῇ ζῆν. χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον εἰπεῖν αὐτοῖς ὅπι θεῶν παρὰ θεῶν ἀεὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντος καὶ οὐδὲν προσδέονται τοῦ ἀνθρωπείου, οὐδὲ ὅσια τὴν ἐκείνον πτῆσιν τῇ τοῦ θυητοῦ χρυσοῦ κτίσει ἔνθιμηντας μιαύνειν, διότι πολλὰ καὶ ἀνόσια περὶ τὸ τῶν πολλῶν νόμισμα γέγονε, τὸ παρ' ἐκείνοις δὲ ἀκήρατον· ἀλλὰ μόνοις αὐτοῖς τῶν ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι καὶ ἀπτεσθαι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου οὐ θέμις, οὐδὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὅροφον ἴέναι οὐδὲ περιάψασθαι οὐδὲ πίνειν ἐξ ἀργύρου η̄ χρυσοῦ. καὶ οὕτω μὲν σώζοντό τ' ἀν καὶ σώζοιεν τὴν πόλιν· ὅποις δὲ αὐτοὶ γῆν τε ἴδιαν καὶ οἰκίας καὶ νομίσματα κτίσονται, οἰκογόμοι μὲν καὶ γεωργοὶ ἀντὶ φυλάκων ἔσονται, δεσπόται δὲ ἐκθροὶ ἀντὶ ἔνθιμάχων τῶν ἄλλων πολιτῶν γενήσονται, μισθῶντες δὲ δῆ καὶ μισθύμενοι καὶ ἐπιβούλευντες καὶ ἐπιβούλευνόμενοι διάξονται πάντα τὸν βίον, πολὺ πλείω καὶ μᾶλλον δεδιότες τοὺς ἐνδον ἢ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους, θέοντες ἥδη τότε ἐγγύτατα διέθρονται αὐτοὶ τε καὶ ἡ ἄλλη πόλις. Schema hoc est: I, 1, a, 2, b. 3, c. 4, d, 4, e. 5. 6, f, g, h, i, k. l, m. β, n, o, p. Ex hoc schemate cognoscimus, totam periodum pendere ex uno enuntiato primario δρα, e quo et primum enuntiatum secundarium εἰ τοιόνδε τινὰ τρόπον δεῖ αὐτοὺς ζῆν, et quae sequuntur quinque numeris arabicis signata enn. secc. pendent, e quibus rursus pendent enn. secc. secundi tertiique ordinis, litteris a me illa latinis, haec graecis signata. Nam illa quoque, καὶ οὕτω σώζοντό τ' ἀν κ. τ. λ. et (ὅποις δὲ κτίσονται) οἰκογόμοι — — ἔσονται κ. τ. λ. non sunt enuntiata primaria, ut haud accurate insipienti videri potest, sed secundaria secundi ordinis, quemadmodum schema litteris l, m, n, o, p indicat. Si igitur hoc modo omnia artissime cohaerent, ipsa verborum structura, ut unam sententiam, ita secundum Platonem unam magnam periodum totam orationem habendam esse docet. Quae longa periodus si cui haud ferenda esse videatur, in tres periodos eam dissecabit, quarum altera verbis χρυσὸν δὲ καὶ ἀργυρὸν κ. τ. λ. (quamquam ex verbo supra posito δεῖ pendere eam necesse est) tertia his verbis καὶ οὕτω μὲν σώζοντό τ' ἀν κ. τ. λ. incipiet. Haec autem nisi ex ὅτι particula in superiori periodo posita pendere putamus, non iam ad cives illius civitatis, de qua agitur, sed a Socrate ad Glauconem dicta putari necesse erit, quo non solum oratio sed ipsa sententia turbatur. Nihil enim attinet Glauconi a Socrate haec dici, sed civibus dicantur illis oportet. His omnibus perpensis et consideratis videat aliquis num dissecari periodum an continuari malit.

Magis ambiguum judicium de ea periodo erit, quam in dissert I. (p. 22.) e Phaedone (p. 85. e — 86. d.) attuli. Quem enim orationis tenorem ea in periodo quae modo allata est ostendisse mihi videor, eundem in hac monstrare non possum, ac licet unam sententiam in ea comprehensam esse videamus, interposita tamen imagine oratio ita est interrupta, ut unius periodi tenorem et continuitatem nec sentiamus satis nec perspiciamus. Praeterea inconsequentiam inesse jam in Anacoluthorum specimine II. p. 17. indicavi; de hyperbato statim dicetur: ceterum longior tota periodus est quam ut hic iterum eam transscribere velim.

De hyperbato vel trajectione, cuius et modo et in superioribus hic illic mentionem feci, jam paucis dicendum est. Hyperbato quod grammatici vocant Platonem saepissime uti, et lectione ipsa omnibus notum est et vir doctus J. Braun dissertatione de Hyperbato Platonico,\*)

\*) Progr. gymn. Culmens. 1847. 1852.

laudabili cum diligentia scripta, innumeris exemplis omnis generis ostendit. Plerumque sane in eiusdem enuntiati verbis traiectis cernitur vel tam arete conjunctorum enuntiatorum, ut prout uno haberi possint, rarius in periodis reperitur, i. e. in ipsorum enuntiatorum traiectione, de quo usu solo hic dicetur. Consideremus, ut quid dicam intelligatur, locum qui est supra exscriptus (p. 11.) et secundo libro (p. 365. a) et sic habet: *Ταῦτα πάντα τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα λεγόμενα ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας ὡς ἄνθρωποι καὶ θεοὶ περὶ αὐτὰ ἔχοντι τιμῆς, τί οἱόμεθα ἀκονούσας νέων ψυχὰς ποιεῖν, ὅσοι κ. τ. λ.* Hyperbaton inest in collocatione totius huius enuntiati *ταῦτα πάντα — — ἔχοντι τιμῆς*, quod pendet ex participio *ἀκονούσας* in enuntiato quod sequitur primario *τί οἱόμεθα — — ποιεῖν*; haec enim verborum structura est: *τί οἱόμεθα ποιεῖν νέων ψυχὰς ἀκονούσας ταῦτα πάντα τ. κ. τοσ. λεγ. ἀρετῆς πέρι κ. κ. ὡς ἄνθρ. κ. θεοὶ περὶ αὐτὰ ἔχοντι τιμῆς*; ad superiora autem adnectens Plato objectum participii *ἀκονούσας* illi enuntiato, e quo *ἀκονούσας* ipsum pendet anteposuit.

Simile hyperbaton inest in ea periodo, quam modo e Phaedone (p. 85. e — 86 d) attuli, cuius verba haec sunt: *ἐπειδὴν οὐν ἦ κατάξη τις τὴν λύραν ἦ διατέμη ἦ καὶ διαβρήσῃ τὰς χορδάς, εἴ τις δισχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὡς περ σύ, ὡς ἀνάγκη ἔντι τὴν ἀρμονίαν ἐκείνην καὶ μὴ ἀπολωλέναι* enuntiatum enim *ἐπειδὴν — — διαβρήσῃ τὰς χορδάς*, quum sit subjunctum enuntiato sequenti: *εἴ τις δισχυρίζοιτο κ. τ. λ.* tamen ei antepositum est. Huius hyperbati multa exempla reperiuntur in oratione hypothetica, ubi plerumque id enuntiatum hypotheticum cui cetera subjuncta sunt illa sequitur, v. c. Protag. p. 34. b: *εἰ ἐπενόεις παρὰ τὸν σαντοῦ ὄμώνυμον ἐλθὼν Ἰππονοράη τὸν Κῶον — ἀργύριον τελεῖν — ἐκείνῳ, εἴ τις σε ἥρετο.* Antepositum est enuntiatum subjunctum postposito: *εἴ τις σε ἥρετο* et sic saepissime, cf. IV. 428. a. *Ως περ τοίνυν — — τὸ ἴπολειρέν.* Sed addamus aliud exemplum, quod J. Braun attulit e lib. III. p. 405. extr.: [Οἷα, ἦν δὲ ἔγω, ὡς οἶμαι, οὐν ἦν ἐπ' Ἀστρηπιοῦ] τεμαχίομαι δέ, οὐ αὐτοῦ οἱ νιεῖς ἐν Τροίᾳ Εὑρυπύλῳ τετρωμένῳ ἐπ' οἴνον Πράμνειον ἄλιττα πολλὰ ἐπιπασθέντα καὶ τυρὸν ἐπιξυσθέντα, ἢ δὴ δοκεῖ φλεγματώδη εἶναι, οὐν ἐμέμψαντο τῇ δούσῃ πιεῖν, οὐδὲ — —: hic omnia illa verba: *Εὑρυπύλῳ — — φλεγματώδη εἶναι* pendent ex seq. participio *τῇ δούσῃ πιεῖν*.

Non sunt quidem prorsus eiusdem generis, sed tamen ad ipsorum enuntiatorum traiectionem pertinent, haec quoque exempla. lib. I. p. 346. c. *Ἡντινα ἄρα ωφέλειαν κοινῇ ωφελοῦνται πάντες οἱ δημιουργοί, δῆλον ὅτι κοινῇ τινὶ τῷ αὐτῷ προσχρώμενοι ἀπ' ἐκείνον ωφελοῦνται:* ubi enuntiatum relativum sequi debebat, antecedere primarium: *ωφελοῦνται ταύτην τὴν ωφέλειαν, ἦν — — ωφελοῦνται;* sed eam enuntiatorum collocationem Romani quoque valde amant. Nec non illud huc pertinet e lib. VIII. p. 552. c: *Ἄηλον ἄρα ἐν πόλει οὖν ἄντις πιωχούς, οὗ εἰσὶν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀποκενρυμένοι κλέπται κ. τ. λ.* non cohaerent verba *δῆλον ἄρα ἐν πόλει κ. τ. λ.* sed *δῆλον ὅτι εἰσὶν κ. τ. λ.*: verba autem *ἐν πόλει οὖν ἄντις πιωχούς*, resumpta verbis *ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ*, in illo ipso enuntiato *δῆλον ὅτι εἰσὶν* sedem suam habent. Huius ipsorum enuntiatorum traiectionis causa praecipua est ut arete conjungatur oratio et in initio ea verba ponantur, in quibus ad sententiam recte percipiendam plurimum momenti est; verborum traiectionis vel eadem causa est vel numeri ratio, quam multam veteres habent, item alia, quae diligentissime J. Braun exposuit.

Restat, ut technicorum veterum de periodis doctrinae, quam supra dixi Virum doctissimum Bernhardt in quodam libello exposuisse, brevis mentio fiat. Etsi enim jam Platonis tempore a sophistis, Gorgia imprimis, in orationis elegantia multum studii collocabatur, deridebat tamen Plato inanes illas artes quibus dialecticam artem opponebat nativaque illa veritate atque elegantia ductus convenientem ei quam quoque loco rem tractaret orationis formam inveniebat. Non enim credo, Platonem

in explanandis sententiis et in exponenda doctrina sua aliud spectasse, quam ut veras esse eas sententias veramque doctrinam demonstraret, sermonis non quaerens venustatem suavitatemque sed innata sua elegantia efficiens; quemadmodum in aliis quoque scriptoribus, quorum elegans suavisque laudatur oratio, innata illa ars, si quis hoc nomen preeferat, elegantioris stili fons et origo fuit semperque in omnibus erit, quamquam non nego, in singulis quibusdam et verbis et enuntiatis et periodis emendandis expoliendisque vel optimos scriptores, cum relegant scripta, operam studiumque collocare. Breviter igitur exponam quidem technicorum de periodis doctrinam, sed eandem ostendam ad Platonis periodos, praesertim maiores quaeque eius maxime propriae sunt, pertinere non posse.

Diligenter consideratis iis quae Aristoteles l. c. de periodis docuit, comparatisque quae post eum technici et rhetores aut tradiderunt aut preeceperunt, V. d. Bernhardt in commentatione quam supra indicavi eo pervenit, ut typum vel formam principalem (*Grundform*) periodi graecae orationem tripartitam esse sibi persuaserit (p. 12): periodi principalis partes ex horum virorum doctrina esse *κῶλον*, membrum latine vocatum, quod duplex esse dicant, et *περικοπήν*, (quod nomen apud Aristotelem non reperiatur, sed apud Longinum): haec periodi membra omnia duplicari posse ita, ut periodus non solum unam pericopen et duo cola, sed et tria vel quattuor cola duasque pericopas habeat, denique unius coli loco duo breviora membra, quae *κόμματα* Graeci vocent, Latini incisa, reperiantur. Ultra hunc membrorum numerum periodos non negant augeri, sed quae longiores sint vel periodos esse conjunctas, vel periodorum ordinem excedentes *διεξοδικῶν λόγων τάξιν ἔχειν*.

Hac periodi definitione vel circumscriptione posita, multae Platonis vel uno enuntiato constantes periodi periodorum mensuram jam excedunt. Conferamus enim cum hac doctrina periodum quam omnium primam (supra p. 4.) attuli e lib. VIII. 547. e. Τὸ δέ γε φοβεῖσθαι τὸν σοφὸν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ὅγειν, ἄτε οὐκέτι κεκτημένη ἀπλούς τε καὶ ἀτενεῖς τὸν τοιούτον ἀνδρας ἀλλὰ μικτούς, ἐπὶ δὲ τὸν θυμοειδεῖς τε καὶ ἀπλοντιέρους ἀποκλίνειν τὸν πρὸς πόλεμον μᾶλλον πεφυκότας ἢ πρὸς εἰρήνην, καὶ τὸν περὶ ταῦτα δόλους τε καὶ μηχανὰς ἐντίμως ἔχειν, καὶ πολεμοῦσα τὸν ἀεὶ χρόνον διάγειν αὐτὴν ἑαντῇ αὐτὸν πολλὰ τῶν τοιούτων ἴδια ἔξει. Num cuiquam qui illam doctrinam nesciat periodus esse hoc enuntiatum non videbitur? Num quidquam eorum deest quae Aristoteles periodum habere dicit? Nonne habet ἀρχὴν καὶ τελετὴν? nonne μέγεθος εἰσύνοντον? numerusne ei deest? (ἀριθμὸν ἔχει ἢ ἐν περιόδοις λέξις) nonne cogitatione consummata est? (δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τὴν διανοίᾳ τετελειώσθαι) num abrupta est? (καὶ μὴ διακόπτεσθαι). Denique omnia, quae requirit Aristoteles haec periodus habet, sed septem membris constat, quare ex Graecorum technicorum doctrina periodi modum excedit. Ita enim Demetrius de eloc: τῶν δὲ πιριόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐξ δυοῖν κώλων συντίθενται, αἱ μέγισται δὲ ἐξ τεττάρων τὸ δὲ ὑπὲρ τέτταρα οὖν ἐτ' ἄν ἐντὸς εἴη περιοδικῆς συμμετρίας; et Alexander Numen. περὶ σχηματ. Π: συντίθενται δὲ καὶ ἐξ πλειόνων κώλων περίοδοι, ἀλλ' ἐν βαίνοντι τὴν συμμετρίαν καὶ οὐκέτι περιόδων ἀλλὰ διεξοδικῶν λόγων ἔχοντι τάξιν. Hanc doctrinam si sequimur, eae Platonis periodi, quas maxime miramur, quae Platonis maxime sunt propriae, ne sunt quidem periodi, sed διεξοδικοὶ λόγοι; brevioresque, quas cum aliis scriptoribus communes habet, solae relinquuntur. At si ne eae quidem omnes, quae uno enuntiato constant, per quandam amplitudinem suam possunt esse periodi, quid eas dicamus, quae multo longiores maximeque interdum constrictae triplo vel quadruplo praescriptum modum excedunt nec tamen ullo modo in plures dissecari periodos possunt? Non sunt periodi, inquit, διεξοδικοὶ sunt λόγοι. At consideremus locum, supra non exscriptum e. lib. IV. p. 443. c. d. e:

Tò δέ γε ἀληθές, τοιοῦτον μέν τι ἦν, ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη, ἀλλ' οὐ περὶ τὴν ἔξω πρᾶξιν τῶν αὐτοῦ, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς ὡς ἀληθῶς, περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, μὴ ἕάσαντα τὰλλότρια πράττειν ἔκαστον ἐν αὐτῷ μηδὲ πολυπραγμονεῖν πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὅντι τὰ οἰκεῖα εὐθέμενον καὶ ἔρξαντα αὐτὸν αὐτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ φίλον γενόμενον ἑαυτῷ καὶ ἔνναρμόσαντα τοῖς ὅντα, ὡς περ ὅρους τρεῖς ἀρμονίας ἀτεχνῶς, νεάτης τε καὶ ὑπάτης καὶ μέσης, καὶ εἰ ἄλλα ἄττα μεταξὺ τυγχάνει ὄντα, πάντα ταῦτα ἔνναρμόσαντα καὶ παντάπασιν ἵνα γενόμενον ἐκ πολλῶν, σώφρονα καὶ ἡρμοσμένον, οὕτω δὴ πράττειν ἥδη, ἐάν τι πράττῃ ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ περὶ σώματος θεραπείαν ἢ καὶ πολιτικόν τι ἢ περὶ τὰ ἴδια ἔνναρμόσαντα, ἐν πᾶσι τούτοις ἡγούμενον καὶ δινομάζοντα δικαίαν μὲν καὶ καλὴν πρᾶξιν ἢ ἀν ταύτην τὴν ἔξιν σώζῃ τε καὶ συναπεργάζηται, σοφίαν δὲ τὴν ἐπιστατοῦσαν ταύτην τὴν πρᾶξει ἐπιστήμην, ἀδικον δὲ πρᾶξιν ἢ ἀν ἀεὶ ταύτην λίη, ἀμαθίαν δὲ τὴν ταύτην ἀν ἐπιστατοῦσαν δόξαν. E longissimis haec periodus est, uno enuntiato primario constans, brevibus nonnullis hic illuc interpositis secundariis. Ab initio ad finem usque omnia arctissime cohaerent, numero non carent, in se comprehensa omnia et conclusa sunt. Atque etsi structura, ut schema docet, (quod hoc est: I, 1, I, 2, 3, a, 3, b, 3, c, 3, d, 3.) paratactica magis quam hypotactica est, nullo tamen modo dissecati potest, et una est in se cohaerens oratio, quam nos periodum vocamus.

Denuo considerentur et cum istorum virorum doctrina comparentur hi quoque loci, qui supra jam exscripti sunt: VIII. p. 557. e: Tὸ δέ γε μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι — — ἡδεῖα ἡ τοιαύτη διαγωγὴ ἐν τῷ παρανίκα (supra p. 8.) IX. p. 571. e: Ὄταν δέ γε, οἷμα, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ — — τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἔνυπνίων; (supra p. 15.) VII. p. 540. a: γενομένων δὲ πεντηκοντούτων — — εὐδαιμοσι καὶ θείοις. (supra p. 9.) Ex decimo quoque libro locus consideretur, liberrime excurrens, qui legitur p. 600. c: [Ἄργειται γὰρ οὖν, ἣν δὲ ἔγω.] ἀλλ' οἴει, ὡς Γλαύκων, εἰ τῷ ὅντι οἵος τ' ἦν παιδεύειν ἀνθρώπους καὶ βελίονς ἀπεργάζεσθαι Ὁμηρος, ἀτε περὶ τούτων οὐ μιμεῖσθαι ἀλλὰ γιγνώσκειν δυνάμενος, οὐκ ἄρα ἀν πολλοὺς ἐταίρους ἐποίησατο καὶ ἡγαπάτο ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίης καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παιδιστάναι, ιδίᾳ ἔνγιγνόμενοι, ὡς οὕτε οἰκίαν οὔτε πόλιν τὴν αὐτῶν διοικεῖν οἵοι τ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς αὐτῶν ἐπιστατήσωσι τῆς παιδείας, καὶ ἐπὶ ταύτη τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὡς τε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἐταῖροι. Ὁμηρον δὲ ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου, εἰ περ οἵος τ' ἦν πρὸς ἀρετὴν ὀντῆναι ἀνθρώπους, ἢ Ἡσίοδον ἡ αὐτοῖς εἴσων, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀν αὐτῶν ἀντείχοντο ἢ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἡνάγκαζον παρὰ σφίσιν οἵοι εἶναι, ἢ εἰ μὴ ἐπειθον, αὐτοὶ ἀν ἐπαιδαγώγουν ὅπῃ ἤσσαν, ἔως ἱκανῶς παιδείας μεταλάβοιεν. Schema hoc est: I, 1, I, II, 2, a, III, 3, IV, 4, V, VI, 5, VII, 6. Librum quidem hunc decimum dubitat fortasse aliquis num Plato ipse scripserit, nolui tamen, exempla ex eo petita in commentatione nostra desiderari. Nam Platonis certe orationem, si alius fuit qui hunc librum scripsit, ita imitatus est, ut ex illa alium esse auctorem non facile quis probare possit; quamquam fateor disserendi rationem a Platonis ingenio abhorre mihi videri. Ceterum periodi huius formam, quam esse paratacticam schema indicat, cum Platoniarum eius generis periodorum structura patet optime convenire.

Ad Platonis igitur periodos intelligendas nihil illa Graecorum technicorum doctrinā nos juvari appetet. Neque magis Romani jam oratores historiaeque scriptores, ut erant longarum periodorum amantissimi, illam doctrinam etsi norant comprobaverunt aut suscepereunt. Ipse adeo Cicero Orat. c. 66: „Constat enim, ait, ille ambitus et plena comprehensio e quattuor fere partibus, quas membra dicimus, ut et aures impletat et ne brevior sit, quam satis sit, neve longior. Quamquam utrumque non nunquam vel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius

